UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Visual Library

rius faciat verum matrimonium?

¶ Quinto, vtrum conſenſus in occulto factus per verba de præſenti, faciat matrimonium?

ARTIC. I.

Vtrum conſenſus ſit cauſa efficiens matrimonij?

184

Tho. vbi ſup. arti. 2. q. 1. & ſeq. Concil. Trident ſeſſio 24. de refor. matrim c 9. Q. præc. art. 1.

† Hom. 32. in Matt in opere imperfecto parũ ante med. to. 2. & in Decr. 27. q. 2. c. 2. & 5 Vide l. Nuptias. ff. de reg. iur. Decret. li. 4. tit. 1. c. 25.

AD primum ſic proceditur, Videtur, quòd conſenſus non ſit cauſa efficiens matrimonij. Sacramenta enim non ſunt à voluntate humana, ſed ab inſtitutione diuina. Sed conſenſus ad voluntatem humanam pertinet. Ergo non eſt cauſa matrimonij, ſicut nec aliorum ſacramentorum.

¶ 2 Præterea, Idem non eſt cauſa ſuiipſius. Sed matrimonium nihil aliud videtur eſſe, quàm conſenſus: quia conſenſus ipſe ſignificat coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam. Ergo conſenſus non eſt cauſa matrimonij.

¶ 3 Præterea, Vnius debet eſſe vna cauſa. Sed matrimonium inter duos eſt vnum, vt dictum * eſt. Conſenſus autem duorum, ſunt diuerſi, quia ſ diuerſorum ſunt, & in diuerſa; ab vna enim parte eſt conſenſus in virum, ex alia in vxorem. Ergo mutuus conſenſus non eſt cauſa matrimonij.

SED contra eſt, quod Chryſo. † dicit, Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas.

¶ Præterea, Vnus non accipit poteſtatem in id quod eſt liberè alterius, niſi per eius conſenſum. Sed per matrimonium accipit vterque coniugum poteſtatem in corpus alterius, vt patet 1. Cor. 7. cum prius vterque liberam poteſtatem ſui corporis haberet. Ergo conſenſus facit matrimonium.

RESPONDEO dicendum, quòd in omnibus ſacramentis eſt aliqua ſpiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ eam ſignificat; ſicut per ablutionem corporalem in baptiſmo, ſit ablutio interior ſpiritualis. Vnde cum in matrimonio ſit quædam ſpiritualis coniunctio, in quantum matrimonium eſt ſacramentum; & aliqua materialis, ſecundum quod

quod eſt in officium naturæ & ciuilis vitæ: oportet quod mediante materiali, fiat ſpiritualis virtute diuina. Vnde cùm coniunctiones matrimonialium cõtractuum fiant per mutuum conſenſum, oportet q; hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

Ad primum ergo dicendum, quòd ſacramentorum prima cauſa eſt diuina virtus, quæ in eis operatur ſalutem: ſed cauſæ ſecundæ ſiue inſtrumentales, ſunt materiales operationes, ex diuina inſtitutione efficaciam habentes: & ſic conſenſus in matrimonio eſt cauſa.

Ad ſecundum dicendum, quòd matrimonium non eſt ipſe conſenſus, ſed quædam vnio ordinatorum ad vnum, vt dictum eſt, * quam conſenſus facit: nec conſenſus propriè loquendo, coniunctionem Chriſti ad eccleſiam ſignificat, ſed voluntatem eius, qua factum eſt vt eccleſiæ coniungeretur.

** Quæſt. præced. art. 1. & Gratianus cau. 27. q. 2.*

Ad tertium dicendum, quòd ſicut matrimonium eſt vnum ex parte eius, in quod fit coniunctio, quãuis ſit multiplex ex parte coniunctorum: ita etiam conſenſus eſt vnus ex parte eius in quod conſentitur, ſcilicet prædictæ coniunctionis; quamuis ſit multiplex ex parte conſentientium: nec eſt directe conſenſus in virum, ſed in coniunctionem ad virum ex parte vxoris: & ſimiliter ex parte viri eſt conſenſus in coniunctionem ad vxorem.

De quæ in corp. & q. præced. art. 1.

ARTIC. II.

Vtrum oporteat conſenſum per verba exprimi?

185

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd non oporteat conſenſum per verba exprimi. Quia ſicut per matrimonium redigitur homo in poteſtatem alterius, ita per votum. Sed votum obligat quo ad Deum, etiam ſi non exprimatur verbis. Ergo & conſenſus facit matrimonij obligationem, etiam ſine expreſſione verborum.

** Vt dicitur in Decreta. lib. 4. ti. 1. c. 23.*

§ 2 Præterea, Matrimonium poteſt eſſe inter duos, qui ſuum conſenſum ſibi mutuo verbis exprimere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN